



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

72. An incidat in prædictas Bullas qui sollicitauit pœnitentem ad actus
illicitos extra venerem? Ex p. 4. tract. 5. res. 17.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

tionem, hoc etiam docuerat eruditissimus Pegna in *direct. Inquis. p. 2. comm. 81. vers. 1. Ite quoque, ubi sic ait: [Ille quoque graviter peccat, nec levem contrahit male credentia suspensionem, qui in Sacramento Confessionis, vel ad quæque flagitia, seu peccata, provocat confitentem: & propterea jure optimo, judicio Inquisitorem subjectus est.] Ita ille. Freitas verò in *addit. ad tract. de Confessor. sollicit. q. 8. n. 17.* putat, hanc sententiam sequendam esse, quando Confessor sollicitat penitentem ad eadem peccata, quæ confiteretur: veluti, si sortilegium fateatur, & Confessarius petat ab illo, ut se doceat illud facere: quia in tali casu acciperet Confessarius occasionem à peccato confesso: & ita procedit suspicio de fide.*

2. At his non obstantibus, sub censura tamen, censeo, dictum Confessarium non esse vigore Bullæ Gregor. X V. denunciandum: quia verba Pontificis dirigitur ad sollicitationem carnalem, quæ communiter accidere solet; & in delictis non fit extensio, ex *cap. in penis, de reg. iur. in 6. & ex l. interpretat. ff. de pen. Et ita in terminis Bullæ Clementis VIII. & Pauli V. docuerat antea Paramus de orig. Inquis. lib. 3. q. 10. n. 121. Aloysius Batiola in flor. Inquis. fol. 225. Scottia in Bull. Pont. epist. 77. theor. 197. Molfes. in summa, tom. 1. sr. 7. c. 14. num. 31. Roder. Acugna tract. de Confess. sollicit. quest. 8. & alij.*

3. Restat modo respondere ad argumentum supra, in principio positum. Dico igitur, Gregorium voluisse cum illa voce, *illicitos*, amplexari omnes actus illicitos, in eadem tamen materia carnali, quos fortasse per alterum verbum, *inhonestos*, non ita clarè comprehenderat, ut quando, v.g. Confessarius, tanquam leno, urgetur fœminam in Confessione, ut cum aliquo peccaret, vel prostitueret sibi filiam, &c. Et ita in simili casu interpretatus est Episcopus Acugna sup. dicta verba in tract. citato, de Confess. sollicit. quest. 17. numero 10. Et ita hanc sententiam post Bullam Gregor. XV. docet Sanctarellus in tract. de hæresi, cap. 44. num. 19. Venerus de exam. Episc. lib. 5. cap. 17. num. 18. Sancius in select. disp. 11. n. 23. Peyrinus super priviil. Minorum, & alij.

RESOL. LXXII.

An incidat in prædictas Bullas, qui sollicitavit penitentem ad actus illicitos extra venerem? Ex p. 4. tract. 5. Resol. 17.

§. 1. **A**ffirmativam sententiam præter Pegnam in *direct. Inquis. part. 2. comment. 81.* docet Lælius Zecchini in summa, tom. 1. tract. de fide, cap. 11. n. 5. §. Tertia suspicio, & novissimè hanc sententiam tenet etiam doctus Emanuel Moura opusc. 1. de ensal. & incant. sect. 3. cap. 3. num. 17. ubi sic asserit: Acugna considerat non frustra duplicari in Bulla ad actus inhonestos & illicitos, quasi illiciti addant supra inhonestos, quamvis conetur utroque fumendos tantum intra materiam Veneris; ergo rationabiliter puto illicitos ampliare ad illicitos in omni materia. Sic ille. Vnde Castus Palaus tom. 1. tract. 5. disp. 9. punct. 6. num. 2. putat probabiliter dici posse ob facultatem generalem Inquisitoribus datam cognoscendi de hæresi suspectis, posse cognoscere de aliis sollicitationibus extra Venerem si deferantur.

2. Sed hæc sententia mihi non placet, ut patet ex praxi DD. Inquisitorum, & illam reprobavi cum auctore Bonacinam in tract. var. disp. 6. punct. 3. num. 7. & Freitas in novissima editione de Confess. sollicit. cap. 17. num. 21. & questione 8. numero 18. Soulam de Confess.

Quæ hic est multis DD. in part. 1. tract. 4. resol. 20. quibus nunc Ref. antecedit, & in alio §. ejus primæ not.

sollicit. tract. 1. cap. 13. numero 4. & seqq. & novissimè Homobonum in consult. cas. conscient. volum. 2. part. 5. respons. 130.

RESOL. LXXIII.

An Confessarius, qui in confessione urget penitentem ad prostituenda sibi, vel aliis filia, confanguine, amica, &c. sit denunciandus? Ex part. 1. tr. 4. Ref. 19.

§. 1. **A**liqui negativè olim respondebant: quia ista sola sollicitatio ex decreto Pauli V. videtur prohibita, quæ efficitur penitenti à Confessario ad turpitudinem inter utrumque exercendam. Sed de tali Confessarius in nostro casu non sollicitat penitentem; sed lenonem, & turpem intercessorem. Ergo talis sollicitatio non prohibetur in Bulla. Et hanc opinionem probabilem putavit Acugna tract. de Confess. sollicit. quest. 17. numero 9. ubi contrariam sententiam, quam ipse meriti amplectitur, vocat tantum probabilem.

2. Sed hodie, vigore Bullæ Gregorij XV. omnino talis Confessarius est denunciandus, quod patet ex illis verbis: *Ad inhonestas, sive inter se, sive cum aliis perpetranda.* Et ita in terminis Bullæ Gregorij XV. determinavit novissimè Naldus in addit. ad summa, verb. Confessio, num. 31. Bonacina in tract. disp. 6. punct. 3. num. 19. Sancius in select. disp. 11. num. 43. & 44. & Sanctarellus de hæresi, cap. 44. dñ. unico, num. 19. & hanc sententiam, etiam ante dictam Constitutionem Gregorianam, tenendam esse respondit, de hoc interrogatus, P. Suarez, ut testatur Acugna ubi sup. num. 12.

RESOL. LXXIV.

An Confessarius sit denunciandus, si sollicitet penitentem ad lenocinium? Ex p. 4. tr. 5. Ref. 12.

§. 1. **E**tiam in terminis Bullæ Pij IV. Pauli V. & Clem. VIII. prædictum Confessarium esse denunciandum, docuit Acugna quest. 17. num. 8. & alij tenent ibi ejus Additionator Freitas num. 14. Sed alij tenent quod seculæ nova Constitutione Gregor. XV. dictus Confessarius non erat denunciandus, & ita tenet Io. Sancius in select. disp. 11. num. 44. ubi sic ait: Quando Confessarius fœminam sollicitat, non quidem sibi vel aliis copulandam, sed quod mediet, & intercedat ut alia fœmina in fornicationem consentiat, penas brevis evitabit, cum talis sollicitatio non sit directa ad exequendum carnis flagitium cum penitente fœmina. Iam verò reor ex decreto Greg. XV. denunciandum fore hujusmodi Confessarium, ex illis verbis, *aut cum penitentibus illicitos & inhonestos sermones, sive tractatus habuerint; inhonesti sanè sermones sunt peccata inducere, quod mediet ut alia fœmina in fornicationem consentiat.* Hæc Sancius, & novissimè hoc etiam docet Antonius Soula in apol. lib. 1. cap. 34. n. 21. sic asserens: Confessarius fœminam penitentem ad lenocinium sollicitans, non comprehenditur in terminis antiquarum constitutionum; secus verò juxta Constit. Gregorij.

2. Sed ego non solum stante constitutione Gregor. hanc sententiam tenendam esse puto, ut docuit aliorum Pontificum, & ita hanc sententiam tenet etiam in editione novissima iterum Freitas n. 19. & Castus Palaus tract. 4. disp. 9. punct. 5. n. 2. nam ex illi Ref. supradictis Bullis, & ex Edicto Inquisitorum, mandan-

Sup. hoc i
in Ref. 1
ubi ad m
Sed de tal
loq.

Sup. hoc i
in Ref. 1
ubi ad m
Sed de tal
loq.